

www.e-rara.ch

Catecheses extemporaneae in quinque capita doctrinae christianae

Geiger, Mauritius

Typis Monasterij S. Galli, 1722

Stiftsbibliothek St. Gallen

Shelf Mark: SGST 13160

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-102646>

Catechesis XII. De quinque punctis ad confessionem requisitis.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



CATECHESIS XII.

De quinque punctis ad Confessionem requisitis.

Item de Ministro pœnitentiæ seu Confessario.

Quæstio. Quot puncta seu Capita observare te portet, si ritè & fructuosè confiteri velis?

R. Hæc quinque, quot digitos exhibet manus ista.

1. Implorare me oportet gratiam Spiritûs S. ad devotè & integrè confitendum.

2. Examinanda conscientia, quid ab ultima confessione commissum.

3. Excitanda contritio cum proposito emendandi.

4. Integrè confitendum.

5. Injuncta pœnitentia est persolvenda.

Dixi Catechesi præcedenti. q. 5. Sacramentum Pœnitentiæ tribus tantùm constare partibus, ijs tamen ut perfectiùs præstentur, necessariò præmittendas duas alias, nempe postulationem gratiæ Spiritûs Sancti, & examen, de quibus omnibus jam per ordinem.

Q.
Quot puncta necessaria ad ritè confitendum?

Quinque.

Punctū 1.

Punctum primum.

Implora-
tio gratiæ
Spiritus
Sancti.

De Imploratione gratiæ Spiritûs Sancti,

SUMMA QUÆSTIONUM.

1. Cur ante omnia postulare oportet gratiam Spiritûs sancti?
2. Num. petenti confertur certò prædicta gratia?
3. Qualiter ergo imploras Spiritûs Sancti gratiam?

Q. I.
Cur ante
omnia
postulare
oportet
gratiam
Spiritus
Sancti?

Vt nume-
ru, &c.

Sæpius
oblivisei-
mur pec-
catorum.

Quædam
non re-
putamus
pro pecca-
tis.

Quæstio Prima : Cur ante omnia postulare oportet gratiam Spiritûs Sancti ?

R. Ut peccatorum numerum & malitiam cognoscere, deque ijs verè dolere & integrè confiteri possimus.

Imprimis ergo evidens est, nos ex oblivione culpata sæpiùs ignorare speciem & numerum peccatorum, an & in qua specie & quoties peccavimus : nec minùs ex ignorantia culpata, quàm nonnulli plurimas actiones peccaminosas omninò pro non peccatis reputant. Unde persuadent sibi cogitationes perversas inter peccata non censendas, die Gedanken seyen zollfreh/ turpilquia vocant Eutrapeliam, avaritiam dicunt providentiam, dolos solertiam, luxum vestium ornamentum statûs, ambitionem ingenuitatem, mendacia jocos, &c. quo fit, ut multi semel aut bis in anno confitentes, vix pauca

affe-

afferar
dixi
ignora
beant
quis e
tantis
& pub
prohib
non c
septies
Ut igit
specie
gréqu
bis eff
tur in
buatu
De
cogno
pecca
gravi
quàm
pecca
tristan
statis,
Quan
temp
& æte
multi
meru
aqua

afferant peccata: tum quia pleræque, ut dixi, memoriâ exciderunt: tum quia ex ignorantia crassa, quamplurima non habeantur pro peccatis. Sed falsò utique, quis enim credat, illos tanto tempore, tantis occasionibus, tot negotijs privatis & publicis, in locis tam diversis & sæpè prohibitis, cum socijs tam malignis, &c. non crebrius deliquisse, cum ipse justus septies in die cadere dicatur? *Prov. 24. v. 16.* Ut igitur omnia & singula peccata quoad speciem & numerum cognoscere, integrèque confiteri valeamus, necessaria nobis est gratia Spiritûs Sancti, quâ illustretur intellectus, dictæque cognitione imbuatur.

Deinde rursus evidensest, quòd etsi cognoscamus qualitatem & numerum peccatorum, nondum tamen agnoscimus gravitatem & malitiam peccatorum, quàm videlicet gravis & pessima res sit peccare, transgredi præcepta Dei, contristare, offendere Deum infinitæ Majestatis, infinitæ Bonitatis, &c. *Jer. 2. v. 19.* Quantæque inde consequantur pœnæ temporales, famis, pestilentiae, belli, &c. & æternæ, ignis infernalis, &c. quo fit ut multi non tantum horrenda scelera sine metu perpetrent, & iniquitatem sicut aquam bibant. *Job. 15. v. 16.* Sed postea ad

Non
agnosci-
mus ma-
litiã.

Confessionale venientes eadem sine sensu, sine motu, historicè, obiterque enarrent, nullus hic dolor, nullus gemitus, &c. sicque & sacrilegum faciant Sacramentum, novòque scelere iram Dei provocent; quare ad istam quòque cognitionem opus est nobis gratia Spiritûs Sancti, illustratiòque mentis. David ut cognovit, ingemuit, peccavi Domino. *1. Reg. 15. v. 30.* Petrus ut cognovit, flevit amare. *Luc. 22. v. 61.* Magdalena ut cognovit, ad pedes Christi procidit. *Luc. 7. v. 38.*

Nec statim doleamus.

Rursus illustrato licet intellectu, agnitisque specie, numero, & malitiâ peccatorum, cum tamen voluntas dolorem supernaturalem de offenso Deo naturæ viribus elicere non possit, ad hoc quòque gratia & specialis motio Spiritûs Sancti necessaria est.

Erubescimus confiteri.

Rursus cum naturaliter erubescamus, mala abscondita homini manifestare confusionis metu, hinc post perfectam intimè etiam peccatorum malitiam, sæpius tamen in confessionis articulo quædam pudenda reticemus, confessionemque irritam facimus & sacrilegam, quare ad vincendam fatalem hanc erubescentiam, iterum auxilium Spiritûs S. nobis necessarium est.

Rur-

Rursus cum congruam & peccatis proportionatam subire satisfactionem (maximè in restitutionis materia) durissimum nobis accidat, idcirco pro generosa, perfectaque ejus executione, ultimata denique exquiritur Spiritus S. gratia. Considerate jam Charissimi, quam meritò ante omnia suppliciter expetamus efficacem Spiritus Sancti gratiam, &c.

Quæstio Secunda : *Sed num petenti confertur certò gratia ?*

R. Omnino, si seriò petatur.

Sicut enim quemlibet peccatorem ad sui justificationem oportet facere, quod in se est, ita eo perfecto, Deus infallibiliter conferet gratiam ritè pœnitendi, juxta notam regulam; facienti homini, quod in se est, Deus non deerit; facimus autem, quando toto corde humiliter pro gratia illustrante & excitante, Divinæ supplicamus Bonitati. Unde si videam perfunctoriè quempia, & sine spiritu confitentem, communicantem, benè concludo, vel pœnitens iste non imploravit, aut non seriò imploravit, si enim id egisset, Deus utique suâ gratiâ aspirâset, majoremque motum excitâset &c. Sed

Quæstio Tertia : *Qualiter ergò imploras Spiritus Sancti gratiam ?*

Aegrè satisficiamus.

Q. II.
Num petenti confertur certò hæc gratia?

Q. III.
Qualiter imploras hanc gratiam?

Flexis ge-
nibus,
multoq;
affe-
ctu, &c.


Rz. Flexis coram Crucifixo genibus, multo-
que affectu dico: O mi Domine Crucifixe Je-
su per amaram Passionem & mortem tuam lar-
gire mihi gratiam Spiritus Sancti, ut cogno-
scam omnia peccata mea, de illis vere doleam,
& integrè confitear.

Vel ad B. V. Mariam. O misericordissi-
ma Mater Dei, refugium omnium peccatorum,
per dolores & gaudia tua, obsecro te, impetra
mihi gratiam ritè confitendi, veram agnitio-
nem peccatorum meorum, & veram contritio-
nem per S. Spiritus illustrationem, &c.

Constat sanè innumeros desperatos
jam peccatores amarissimas è mari Mife-
ricordiæ Maria hausisse lachrymas; e-
xempla sint Maria Ægyptiaca, Theodorus
ille Dæmoni adscriptus, & alij infiniti.

Vel ad ipsum Spiritum Sanctum. Veni
S. Spiritus illumina me, ut cognoscam omnia
delicta. quæ sunt multa super numerum arenæ
maris; move me suavi & forti gratiæ tuæ im-
pulsu, ut lachrymosè de ijs doleam, &c.

Petenda denuò est hæc gratia in princi-
pio confessionis, quando devotissimè di-
cimus: Rogo Reverendi Confessarij
benedictionem, ut ritè confi-
teri valeam.



Punctum secundum.

Punctum
2.

De Examine Conscientiæ.

Examen
Consci-
entiæ.

SUMMA QUÆSTIONUM.

1. Cur examinanda est Conscientia ?
2. Qualiter examinas ?
3. Quanto tempore inhæreudum examini ?
4. Quòd si ægrè quid incidat , quid agendum ?

Quæstio Prima : Cur examinanda est Conscientia ?

Q. 1.
Cur exa-
minanda
Consci-
entia ?

R. Ut peccata omnia annotari , eadèmq̃ue in Confessione integ̃ è aperiri possint.

Secundum ergò Sacramenti Pœnitentiæ punctum est examen Conscientiæ ad integram Confessionem faciendam æquè necessarium ; illius enim defectu integritas Confessionis vix videtur possibilis , maximè apud illos , qui de raro confitentium numero censentur , semèlque duntaxat aut bis in anno se Confessario sistunt. Solent hi subitò in Confessionale irruere , ea tantùm confiteri parati , quæ ibidem inciderint ; quo fit , ut plurima peccata gravia culpabiliter omittant , mancūmq̃ue & facilegum reddant Sacramentum : exemplum capere licèt à Feudatario , qui rationem de plurimis fundis redditurus , subitò & imparatum se se domino sistit , &c. Ingens quoque bene-

Vt peccata
omnia
integre
aperiri
possint.

ficiū per hoc examen ipsi Confessario præstatur, si accuratè pœnitens expendērit, in qua specie, cum quibus circumstantijs & quoties peccaverit, ut eadem postea in confessione sigillatim enarrare possit; valdè enim molestum & tædiosum accidit Confessario, in concursu pœnitentium tunc examen instituere, cū absolvere tantū deberet: quod tamen pluribus in usu est, qui vix peccati genus, nullam verò circumstantiam aut numerum adiiciunt; huic malo prævium examen medetur.

Q. II.
Qualiter
examinas
Consci-
entiam?

Perpendo
accuratè
quid
mali fe-
cerim, &c.

Quæstio Secunda: *Qualiter examinas Conscientiam?*

R. Perpendo accuratè ecquinam mali ab ultima Confessione contra Deum commiserim, & in quibus eundem contristaverim cogitatione, verbo, & opere.

Nempe in quo ab ultima Confessione sanctissimam Dei legem violaverim, in quo Divinæ ejus voluntati restiterim. Proponenda proin sunt decem præcepta Decalogi, vitia capitalia, & disquirendum, quomodo contra singula deliquerim, & quoties? quòd si certus numerus haberi nequeat, inquiratur verosimilis, quanta fuerit consuetudo peccandi, quoties minus in septimana, mense, &c.

Examen
fit accu-
raturum.

Cæterum præcipuè hîc observandum, ut accuratum instituaturs examen; auda-
et

ut oportet intrare cor, conscientiamque discutere, ecquæ inimicus homo hucusque superfeminaverit Zizania? quæ sordes de terreno pulvere adhæserint? quæ feræ hîc fixerint domicilia, an luporum voracitas? an urforum ira? canum invidia? &c. Tridentinum ait latebras conscientiae, intimas inquam latebras inspicandas, imò non aliter de te rationem experas, quàm si hostem in jus & quaestionem vocares: tanto denique Spiritu, ac si ultima foret Confessio, &c.

Rursus observandum, an confessio præcedens legitima fuerit; qualis reverà non esset, si verus dolor aut propositum emendandi defuisset, aut grave debitum silentio involutum, repetenda igitur foret ceu invalida & sacrilega. Sed.

Quaestio Tertia: *Quanto tempore inhærendum est examini?*

R. *Usque dum probabiliter credatur, nil notabile effugisse memoriam.*

Quo fit, ut rarò confitens, aut gravioribus implicatus negotijs, diutius examini immorari debeat, quàm confitens crebrius, aut perpetuò intra domesticos parietes sese continens; solent enim ejusmodi, uno penè die agere, quod alio, ore, labore, & pati, &c.

Q. III.

Quanto tempore inhærendum est examini?

vsq; dum probabiliter credat, nil notabile latere.

Quæ-

Q. IV.
Quod si
ægrè
quid in-
cidat,
quid a-
gendum?

Quæstio Quarta: *Quòd si ægrè quid inci-
dat, quid agendum?*

R. Oportet 1. *considerare vitium, in quo
maximè laboro.* 2. *Officium & negotia, qui-
bus occupabar.* 3. *Loca & socios, cum quibus
conversatus sum.*


Oportet
1. *confi-
derare vi-
tium &c.*

Quivis nempe sibi dicat, an consueto
mihi irascendi, jurandi, detrahendi, po-
tandi vitio ab ultima confessione abstinui
tandem? Item an ea, quæ officij mei sunt,
omnia ritè executus sum? Item ubi mora-
tus primâ post confessionem hebdomadâ?
ubi secunda? &c. nonne hîc? cum his?
quid actum? &c.

Longè facillimè instituent, & citissimè
examen absolvent, qui quotidie vespere
saltem breviter conscientiam discu-
tiunt, &c.

Tabella
pro exa-
mine.

Sequitur Tabella pro examine ex de-
cem præceptis Decalogi, & septem vitijs
capitalibus. Erit perquam utilis confes-
sarijs ad examinandos illos, qui multis
annis sacrilegè confessi sunt, aut genera-
liter confiteri volentes, vel moribundos,
qui non credunt veram & solidam se possi-
dere animæ quietem, nisi saltem
semel fusius examinen-
tur.



Circa I.

Circa I. Præceptum.

Circa I.
præce-
ptum.

Quod est credere in unum Deum, &c.

Ratione fidei,

Ratione
fidei.

AN aliquando dubitaverim de Dei existentia,
providentia, retributione? &c.

An Magiam aut veneficia exercuerim?

An usus sim Divinationibus, chiromantiâ, su-
perstitionibus, v. g. detinendo schedulas ad sani-
tatem aliâmq; rem obtinendam?

An consuluerim ejusmodi Divinatores?

An illicitis usus sim benedictionibus, **Wunders**
Geegen &c. aut alios ad hoc induxerim?

An fidem habuerim somnijs, augurijs? &c.

An verbis vel signis ex verecundia, aut alias
fidem quandoque negaverim? dissimulaverim,
aut hæresim approbaverim?

An libros hæreticos apud me detinuerim? le-
gerim?

An noverim, quæ de Deo Christiani omnes
scire tenentur?

An falsas reliquias cultui & venerationi ex-
posuerim? falsa anathemata appenderim? fictis
miraculis fidem probare voluerim?

Ratione spei.

Ratione
spei.

AN in rebus adversis, inopiâ, morbis, diffiden-
tiam habuerim de bonitate & providentia Dei?

An creaturis potius quam Deo confisus?

AN

An præsumendo de Dei misericordia liberè peccaverim ? aut in peccato perseveraverim ?

An temerè dixi feci aliquid ad explorandam potentiam Divinam , tentando Deum ? &c.

An de Misericordia Dei & remissione peccatorum omninò desperaverim :

Ratione
Charitatis.

Ratione Charitatis?

AN odium formale habuerim contra Deum sicut Magi , sagæ ? &c.

An odium habuerim contra res Divinas , & ad salutem pertinentes ?

An murmuraverim contra Deum , conquerendo quasi non esset justus , vel reprehendendo ejus providentiam ?

An propter respectum humanū omiserim colere Deum , ejusque cultum apud alios promovere ?

An debitas Deo semper gratias pro beneficijs egerim ?

An persecutus sim homines pios , & impediverim à bono , v. g. ab ingressu Religionis ?

An exposuerim me periculo mortaliter peccandi ?

Circa 2.
præceptum.

Circa 2. Præceptum.

Non assumes nomen Dei tui in Vanum.

Ratione Religionis.

AN sine reverentia & fructu protulerim nomen Dei ? aut creaturas in contemptum Dei nominaverim ? v. g. Elementa , fulmina , demonem , &c.

An
v. g. S
An
imputa
An
Judica
An
liores
anima
turas
Consci
An
An j
ne v. g
An
quam
An
An
an nim
An
An

M

AN
dev

An

An Deum aut res Divinas blasphemaverim?
v. g. Sacramenta, Crucem?

An sanctis maledixerim, aut ignominiosa ijs
imputaverim?

An falsò aut temere juraverim per Deum, in
Judicio aut aliàs?

An falsò juraverim per creaturas principa-
lioress v. g. per Sacramenta, per crucem, per
animam, per cœlum? &c. aut per minores crea-
turas, per caput meum, per sanitatem, per
Conscientiam meam, &c.

An habuerim consuetudinē sic falsò jurandi?

An juraverim cum execratione seu imprecatio-
ne v. g. puniat me Deus, Dæmon me aufferat?

An rem malam juraverim, v. g. me nun-
quam velle ignoscere?

An rem juramento firmatam non servaverim?

An voverim aliquid animo non implendi?

An ex toto vel ex parte omiserim quod vovi?
an nimium distulerim?

An rem malam voverim? aut ludicram à

An votum solemne fregerim?

Circa 3. Præceptum.

Memento ut diem Sabbathi sanctifices.

Ratione præcepti specialis.

An die festo servile opus exercuerim, vel man-
deverim?

Circa 3.
præce-
ptum.

Ratione
præcepti
specialis.

An

An neglexerim audire Missam vel ejus magnam partem, aut sub ea diu fuerim distractus?

An conciones vel Catecheses neglexerim?

Ratione
præ-
ptorum
Ecclesia-
sticorum.

Ratione alio rem præceptorum Ecclesiasticorum.

AN Confessionem annuam, aliâque ritè obierim?
An ex negligentia pœnitentias impositas distulerim?

An Sacramentis nunquam sacrilegè abusus?

An jejunia statuta observaverim?

An Ecclesiam violaverim effusione sanguinis vel seminis?

An incurrerim aliquam Excommunicationem?

An irreverentiâ aliquâ affecerim Sanctorum reliquias vel imagines?

An obligatus ad horas omiserim illas recitare, & an recitando voluntariè fuerim distractus?

An Confraternitatibus satisfacere ex negligentia omiserim?

Circa 4.
præ-
ptum.

Circa 4. Præceptum.

Honora Patrem & Matrem.

Ratione
liberorū.

Ratione liberorum & Parentum.

AN Parentes odio persecutus fuerim?

An eis optaverim mortem aut alia mala?

An eis neglexerim subvenire in egestate, senectute, morbis? &c.

An morituros curaverim benè provideri?

AN

An pro defunctis oraverim? eorum testamen-
ta executus fuerim?

An ijs verba aspera, imperiosa, aut contu-
meliosa dixerim?

An parentum paupertatem eruberim?

An eos sine gravi causa in jus vocaverim?

An in rebus honestis ijs non obediverim? cor-
rectiones non admisierim?

An hæc ipsa observaverim erga Herum meum?
aut heram?

Præcipue an eorum neglexerim negotia?

An clam quippiam abalienaverim?

An liberos bene educaverim providendo eis de
cibo, potu, vestitu, habitatione, &c. Ratione
paren-
tum.

An instruxerim aut instrui curaverim in vita
Christiana, timore & amore Dei?

An errantes corripuerim?

An malo exemplo eis fuerim jurando? &c.

An hæreticos frequentare permiserim?

An hæc ipsa præstiterim erga Domesticos?

Ratione superiorum & subditorum.

Ratione
subdito-
rum.

AN superioribus reverentiam, & obedientiam
debitam exhibuerim?

An fidelitatem præstiterim iusta reddendo
vectigalia, &c.

An contra eos mūmuraverim?

An eorum famæ detraxerim?

Ratione
Superio-
rum.

An bonum publicum & privatum justè pro-
moverim? fidemque Catholicam & cultum Di-
vinum?

An errantes correxerim?

An bono exemplo omnibus præluxerim?

An Sacerdotibus? Religiosis? Magistris? seni-
bus illuserim? famam denigraverim? &c.

Circa 5.
præce-
ptum.

Circa 5. Præceptum.

Non occides.

ANex invidia, odio, ira alteri malum in corde
optaverim v. g. morbos, mortem vel aliud gra-
ve malum corporis aut famæ?

An eadem ore imprecatus fuerim?

An personis conjunctis aut mihi ipsi imprecatus
fuerim?

An proximum injuriosè verberaverim? mu-
tilaverim?

An casu, ex ira subita, aut temulentia ali-
quem occiderim?

An deliberatè alium occiderim v. g. veneno,
fuste, aut consilium dederim?

An abortum procuraverim sumendo potiones,
aut labore nimio proli in utero periculum facien-
do, aut defectu artis obstetricandi, aut prolem in
lectum assumendo cum periculo suffocationis?

An bellum injustum moverim, aut in eo
scienter serviverim?

An duellaverim?

An succurrerim proximo de vita aut bonis
periclitanti? fame tabescenti? &c.

An

An neglexerim agrum defectu scientiæ aut diligentia?

An mihi ipsi accleraverim mortem per ebrietatem, aut alijs?

An æger neglexerim medicinam?

An alijs quodcunque dederim scandalum?

Circa 6. Non Mæchaberis.

Circa 6.

Et 9. Non concupisces uxorem proximi
tui

place-
pium, &
9.

AN inhæserim voluntariè impuris cogitationibus? & quidem erga personam sacram? solutam? conjugatam? affinem? personam ejusdem sexus? bestiam? seipsum?

An temerè viderim turpia?

An usus sim verbis lascivis? aut alios ad eadem provocaverim? aut non impediverim?

An legerim, aut cantaverim impudica cum voluptate carnali, aut cum periculo habendi illam?

An venerea feci tangendo, me aut alios, &c.

An me peccandi periculo exposuerim adeundo conventicula nocturna?

An per mûnera vel litteras amatorias, aut per vestitum venereum alios ad amorem illicitum provocaverim?

An nocturna conventicula in meis adibus admiserim? aut quocunque promoverim?

An pollutus fuerim in somno vel vigilia, causamque dederim, vel postea de ea voluntariè fuerim delectatus?

An vixerim congruenter statui conjugali, reddendo debitum? aut peccando cum alia, aut aliud contra finem & usum Matrimonij?

Circa 7.
præcep-
tum. Et
10.

Circa 7. Non furtum facies.

Et 10. Non concupisces rem proximi tui.

AN rem alienam abstulerim per fraudem? rapinam? per me? aut meo consilio?

An rapuerim rem sacram?

An rem alienam retinuerim invito Domino?

An pecunias dederim ad usuram, aut fecerim contractum usurarium, aut societatem injustam in mercatura?

An emendo vel vendendo fraudem fecerim adulterinam merce? monetam? pondere? mensuram?

An res furto ablatas sciens emerim?

An res inventas non restituerim, sciens cujus essent?

An habuerim voluntatem determinatam accipiendo rem alienam si possem?

An accepto salario opus bene & fideliter peregerim?

An operarios fraudaverim mercede suam? aut cum damno ipsorum distulerim solutionem?

An contra justitiam moverim litem? vel in lite usus fuerim fraude ad vincendum?

An justè judicaverim?

An defraudaverim gabellas justas?

An

An Ecclesiam privaverim decimis aut alijs ,
quæ ei debebam ?

An comiserim simoniam ?

An per fraudẽ aliquid in lusu lucratus fuerim ?
Vel luserim cum ijs , qui non possunt res suas
alienare ?

An aliàs quocunque modo damnificaverim
proximum ?

Circa 8. Præceptum.

Circa 8.
præce-
ptum.

Non dies falsum testimonium.

AN falsò alium apud superiores detulerim ?

An falsum testimonium dederim in iudicio ?
vel extrà ? aut alios ad hoc induxerim ?

An siluerim veritatem , cum ei testimonium
dandum fuisset ?

An mentius fuerim jocosè ? officiosè ? &c.

An de proximo mala sim suspicatus sine suffi-
cienti causa ?

An temerè judicaverim seu condemnaverim
eum in corde de peccato mortali ?

An alicujus famæ detraxerim, falsò crimen
aliquod imponendo ?

An alicui manifestaverim peccatum proximi
occultum & grave , unde secuta est infamia ?

An adulando aliorum mala defenderim ?

An aures faciliè præbuerim detractoribus ?

An Defunctis detraxerim ?

An proximo contumeliosè scelus, vel defectum

in faciem objecerim, animo ejus bonorem laudendi?

an aliàs eum verbis injurijs ex ira offenderim? Vide plura infra cap. tertio.

Ex 7. vitijs Capitalibus.

I. Circa superbiam.

An interius superbè de me ipso senserim? alios contempserim tanquam me longè inferiores?

An fastum internum verbis manifestaverim, vanè jactando, & gloriando de talentis? &c.

An eandem superbiam in luxu vestium ostenderim?

An fuerim ambitiosus inordinatè desiderando honores? &c.

An bonum fecerim ex hypocrisi?

An pertinaciter veritatem impugnaverim, ne viderer victus?

An ex fastu nimios sumptus fecerim in vestitu, aliisque vanitatibus.

De reliquis peccatis capitalibus jam dictum; in decalogo; & amplius dicitur c. 5.

Similiter & de peccatis in Spiritum Sanctum: de peccatis in Cælum clamantibus: de peccatis alienis.



Punctum tertium.

Punctum

3.

De Contritione.

Contri-
tio.

SUMMA QUÆSTIONUM.

1. Quid est Contritio?
2. Quotuplex est Contritio?
3. Quid est perfecta?
4. Quid est imperfecta?
5. An Contritio perfecta vel saltem Attritio est ad Confessionis Sacramentum necessaria?
6. Qualiter jam practicè contritionem excitas?
7. Quænam sunt media cordialem & veram excitandi contritionem?

8. Quoties & quando elicienda Contritio?

Quæstio Prima: Quid est Contritio?

R. Est animi dolor & detestatio de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero.

Q. I.
Quid est
Contri-
tio?

Trid. Sess. 14. c. 4.

Contritio igitur juxta communem Theologorum includit primò dolorem seu detestationem peccati, quod per hoc Deum offendimus. Debet necessariò esse dolor detestativus, quo volumus quasi destruere peccatum, diceréque: O utinam non peccâssem! vellem nunquam peccâsse; quia sic animus hominis maximè avertitur à peccato. Theol. S. G. q. 3. dub. 1. Ob moti-
vum, &c.
Debet quóque necessariò esse propter moti-
vum supernaturale, id est, offensum Deum
superna-
turale.

Non naturale.

Deum tanquam summum bonum, & propter bonitatem illam infinitam in se amabilem, quam per peccatum offendimus, aut saltem propter metum Dei vindicantis peccata, quod peccatores excludat beatitudine, & æternis flammis addicat. Alioquin si quis doleret ob motiva tantum naturalia & humana v. g. ebrius ob pecuniam perditam, fur ob suspendium imminens, fornicarius metu infamiæ publicæ, &c. de remissione peccatorum licet millies confiteretur, omnino nil consequeretur; ut pater in Saule & Davide; peccarât Saul parcendo Regi Amalec, & gregibus ovium, quæ interficere debebat. 1. Reg. 15. v. 24. peccaverat & David perpetrando adulterium & homicidium. 2. Reg. 12. v. 13. Utrique de his correptus dixit: peccavi Domino, sed non uterque consecutus est remissionem; soli enim Davidi dicitur: Transtulit Dominus peccatum tuum; de Saule autem ad Samuelem dictum fuit: Usquequo tu luges Saul, cum ego projecerim eum? quæ causa? quia poenitentia Davidis ex sincero corde ob offensum Deum processit: Saul verò lugebat potius honoris amissionem; unde dixit Samueli: Peccavi, sed nunc honora me coram senioribus. 1. Reg. 15. v. 30. Sic licet Antiochus amarè lugeret,
non

non tamen consecutus est misericordiam, quia potius ob sanitatis amissionem, quàm Dei offensam lugebat. 2. Mach. 9. v. 1.

Secundò propositum firmum se emendandi, & amplius non peccandi, ita ut efficacissimè statuam, quòd nullius rei intuitu, néque amore ullius boni, quod peccando sperem assequi, néque timore ullius mali, posthac amplius peccare velim. In quo generali proposito includi debet voluntas, cum gratia divina exequendi omnia mandata & voluntatem Dei; adeoque includi debet actualis remissio omnium offensarum.

2. Propositum emendandi, &c.

Animus satisfaciendi omnibus, quos ullo modo læsi, confitendi Sacramentaliter, saltem quando me præceptum obligaverit, evitandi item omnes peccandi occasiones.

Satisfaciendi, &c.

Esse autem propositum ejusmodi absolute necessarium, inde patet, tum, quia id scriptura passim exigit. Ezech. 18. v. 21. & 33. v. 9. &c. Tum, quia nemo censetur verè & sufficienter à peccato averti, & converti ad Deum, nisi firmiter excludat animum ab omni mortali peccato deinceps vitando. Th. S. Gall. q. 3. dub. 2. conditione 5. Adeoque dolor erit fictitius & contritio nulla, v. g. si te in maxillam feriam, di-

cámque: doleo mi bone amice, doleo de hoc ausu; non tamen emendationem in animo concipio, sed mox iterum, iterumque iisdem palmis metiar; annon ridiculus foret dolor, nec veniâ sed plagis potius crudelissimis dignus? juxta illud: Quâ mensurâ, &c. Præcipue verò resolvendum est, periculosas peccatorum occasiones devitare v. g. non fornicationem tantum, sed & loca & personas suspectas, &c.

3. Spes
veniæ,
&c.

Terriò spem veniæ, atque etiam gratiæ ad se emendandum & perseverandum usque ad mortem. Debet autem niti spes bonitate & infinitâ misericordiâ Dei, & meritis pretiosissimi Sanguinis, Passionis & mortis Jesu Christi Domini nostri.

Quandû
debet durare Con-
tritio?

Quanto tempore debet durare dolor seu ipsa Contritio?

Dico non esse legem, seu brevîs seu proluxa sit, dummodo procedat de corde toto, &c.

An fundendæ
lachry-
mæ?

An necessariò fundendæ lachrymæ?

Nec hoc opus, dummodo, ut dixi, verè cordialis sit dolor; quanquam si fieri possit, pretiosæ sint lachrymæ, & veri interni doloris testes.

An prædicta tria Contritionis requisita necessariò sunt verbis exprimenda?

Non semper; potest enim haberi contritio

tricio cogitatione, imò suspirio unico.
Ach, O Deus meus peccavi ! dummodo
toto co de doleam, quòd Deum offendi,
& habeam propositum emendandi.

Quaestio Secunda. Quotuplex est Contritio?

R. Duplex, perfecta & imperfecta.

Quaestio Tertia. Quid perfecta?

R. Sicut dictum. 1. Ut ex toto corde doleam,
quòd peccaverim, & tantum idè quòd aman-
tissimum Dominum & Deum meum summum bo-
num meum offenderim. 2. Ut ex eodem motivo
firmissimum habeam propositum amplius non
peccandi. 3. Ut sperem & humiliter petam ve-
niam.

Oportet igitur esse dolorem filialem ex
puro Dei amore procedentem, quòd of-
fendi tam venerabilem majestatem, tam
amabilem bonitatem, Patrem unicè dile-
ctum, &c. Nec servilem procedentem ex
amore proprio, timore scilicet amittendæ
beatitudinis, aut incurrendi tormenta in-
fernalìa, aut propter aliud commodum
proprium; quamquam etiam metus ge-
hennæ ad filialem dolorem pertinere pos-
sit, si videlicet fugiam infernum & dam-
nationem æternam, eo quòd sit separatio
ab amore Divino, & propter odium, male-
dictiones, inhonorationes, quas damnati
Deo inferunt, &c.

Oportet quòque dolorem esse univer-

Q. II.
Quotu-
plex Con-
tritio?

Duplex.

Q. III.
Quid est
perfecta?

Oportet
esse dolo-
rem filia-
lem.

Univer-
sa-
lem quò-
que.

salem de omnibus peccatis , nec ullum retinendo affectum ad ullum peccatum.

Similiter propositum non peccandi ex eodem debet propagari motivo , quòd amplius peccare nolum , præcisè , ne Deum summum bonum offendam , ne illius honorem lædam , &c. Debètque esse universale propositum , nullum omninò amplius peccatum committendi , &c.

Denique spem veniæ , ut dixi , oportet niti misericordiâ Dei & meritis Christi , &c.

Talis ergò Contritio perfecta tantæ virtutis est , ut horrendissima quæque peccata , numero etiam infinita momento deleantur , ut dicitur , *inf. q. 8.*

An contritio deleat peccata?

Si per Contritionem jam delentur peccata , ergò uon opus erit ea confiteri?

Dico nihilominus opus : quia ipsa contritio nulla fuisset , nisi expresè proposuisset , juxta præceptum Divinum peccata confiteri , idque pro occasione re ipsa postea præstaret.

Q. IV.
Quid est imperfecta?

Quæstio Quarta : Quid est imperfecta Contritio ?

R. Si doleam de peccato , non solum quod Deum inhonoraverim , sed idèd , quòd nisi pœniterem , Deus me temporalibus & æternis plecteret pœnis.

Bene dicitur imperfecta , quia non procedit ex dilectione Dei super omnia , neque

que ex odio peccati tanquam ex odio summi mali, eo quòd Deo injuriosum sit, eumque offendat, sed ex timore aut alio motivo proprii amoris; horretur & fugi-
rur dolor, non quæritur honor & laus Dei, &c.

Est tamen sufficiens ad Pœnitentiæ Sa-
cramentum, quia sufficienter disponit ho-
minem ad gratiam recipiendam; quam
quàm summooperè studendum contritioni
perfectæ, quia plurimi, dum idipsum in-
tendunt, vix afferunt attritionem ad Sa-
cramentum sufficientem?

Quæstio Quinta: An Contritio perfectæ,
vel saltem attritio est ad Confessionis Sacramen-
tum necessaria? Q. V.
An Con-
tritio vel
attritio
ad Con-
fessionem
necessa-
ria?

R. Maximè; Confessio enim absque dolore
& proposito est mutila, & sacrilega, debetque
reperi. De hoc jam dictum.

Quæstio Sexta: Qualiter jam practicè
Contritionem excitas? Q. VI.
Qualiter
Contri-
tionem
excitas?

R. Peracto sufficienti examine, elevatis
manibus Crucifixum JESUM alloquor: O be-
nignissime Domine JESU; Ecce hæc sunt pec-
cata mea, plurima pro dolor & gravissima,
quibus te amatissimum Patrem & Redem-
ptorem unicum & summum bonum offendi.
Sed doleo ex toto corde, veniam peto,
ignosce; utinam non offendissem; nolo fe-
cisse; nunquam amplius offendam, nunquam

nun-

nunquam; da gratiam, da gratiam ad hoc tuam Omi JESU, &c.

Vel dicenda est Confessio generalis: aut si tempus moras non patiatur, dicendum saltem; Ach Deus! doleo de his & omnibus peccatis meis, propitius esto mihi peccatori, plurima habentur in libellis precatorijs S. Gertrudis, S. Antonij, &c.

Q. VII.
Quæ sunt
media
excitandi
contritionem?

Quæstio Septima: Quænam sunt media cordialem & veram excitandi contritionem?

R. Oportet primò cogitare, quàm mala & abominabilis res sit peccare, Dei que mandata temerè transgredi; est enim contemnere, deserere Deum infinitæ majestatis & bonitatis, ei que vilem creaturam præponere: est contemnere & conculcare Sanctissimum Christi Sanguinem, eumque de novo (quantum in se est) flagellare, spinis coronare, crucifigere, &c. Secundò quàm sit res noxia peccatum, quia à Deo temporalibus & æternis plectitur pœnis.

Confideranda
mala culpæ & pœnæ.

Provocatur igitur dolor & propositum Contritionis, considerationis mali culpæ, quia peccatum est summè injuriosum Deo, Creatori, Redemptori, &c. Pœnæ, quia infinitas secum trahit pœnas; separatur enim hominem ab amicitia Dei, & beatitudine æterna, Angelorum, Sanctorumque intercessionem inutilem reddit, meritorumque Christi incapacem; mancipat

capit peccantem diabolo, morbis, mortis, inferno, æternum, & denique causat plures lapsus, &c. Patet in Lucifero, Adamo, Diluvio, Sodomis, &c. Quare unicum peccatum majorem in nobis debet excitare dolorem, quàm amissio divitiarum, sanitatis, honorum, vitæ, & omnium bonorum simul sumptorum, quàm omnia damna & tormenta mundi etiam simul sumpta, &c. Spes veniæ augetur consideratione misericordiæ & affabilitatis Christi recipientis peccatores; hic est, qui peccatores recipit, qui passim nos etiam ad spem excitavit: Venite ad me omnes, qui onerati estis, &c. Idò Ecclesiæ jus dimittendi peccata tradidit, à resurrectione post Magdalenam primitus apparuit Petro, qui se negaverat, ad erigendam in eo spem de venia peccati obtenta, similiter & S. Thomæ, &c.

Adde quantumcunque peccavi, quod sub novo peccato præcipiat, ne desperem. Sed

Quæstio Octava: Quoties & quando eligenda Contritio?

R. 1. Quoties quis advertit se esse in statu peccati mortalis. 2. Ante Confessionem & alia Sacramenta. 3. In quovis periculo mortis. 4. Quotidiè vesperi ante cubitum.

Disputant Theologi, quodnam sit illud

Q. VIII.
Quoties
& quando
eligenda
Contritio?

lud tempus, quo homo post peccatum admissum teneatur conteri; probabilius sentire videntur illi, qui docent, præcepto Contritionis hoc casu indicari, non differendam illam ad tempus diuturnum ultra annum aut usque ad mortem, alioquin, qui in tantum differret, censeretur graviter peccasse, etsi non possimus præcisè dicere, quando dilatio illa cæperit esse moralis. *Theol. S.G.q.3. dub.7.* Observat tamen Heinr. Quando Deus per inspirationem suam urget hominem, & cum remorsu Conscientiæ dictat exigere se rationem villicationis, nisi tunc homo ductum Spiritus S. sequatur, non videtur gravi culpâ vacare; cum tunc pœnitentiæ dilationem quasi divinæ vocationis contemptum S. Scriptura carpat, ut *Proverb. 1. v. 24.* Vocavi & renuisti, &c. *Ibid.* Igitur non esse differendam contritionem, sed statim à peccato eliciendam incitamenta sunt hæc

1. Quia status inimicitiae Dei omni tempore est homini abhorrendus.
2. Ob periculum novi peccati adiiciendi.
3. Ob imminentem Dei vindictam.
4. Ne differenter perdamus meritum bonorum operum, & participationem meritorum Christi, de quibus, *inf. cat. quoties confitendum.*

Motiva
ad Contritionem
crebram
&c.

Cæterum ut quàm creberrimè eliciatur contritio perfecta, incitamenta sunt ejus.

ejus
nem
na
Per
citi
stat
ope
jux
tes
tur
ran
quot
P
sua
ven
per
mor
attr
de;
fica
tiffin
P
pax
qua
min
Cap
dem
can
fuit

eiusdem virtus & fructus; per contritionem delentur peccata & peccatorum poenæ, uti dictum q. 3. & patebit *inf. in hist.*
 Per contritionem restituitur peccatori amicitia Dei: per contritionem restituitur in statum merendi, qui prius quantiscunque operibus nil de condigno mereri poterat, juxta illud: Per totam noctem laborantes nihil cepimus: per eandem restaurantur bona, quæ per peccatum amissa fuerant, &c. ut *inf.* etiam diceretur, *Catech. quoties confitendum.*

Amicitia Dei.

Per contritionem fit homo certus de sua salute, ita, ut si quis subitâ morte præventus confiteri non possit, contritione perfectâ infallibiliter salvetur. Imò licet moraliter certum sit, Sacramentum cum attritione justificare, non tamen est de fide; est autem de fide, contritionem justificare; at in negotio tantî momenti tutissimum eligendum.

Certitudo salutis.

Per contritionem promovetur salus, pax, benedictio Dei privata & publica, quia ubi frequentata Contritio, ibi homines justî, ubi justî, ibi benedictio super Caput Justî. *Proverb. 10. v. 6.* Atque eandem ob causam amoventur flagella vindicantis Dei, qui ob decem justos paratus fuit Sodomis parcere. *Gen. 18. v. 32.*

Benedictio Dei privata & publica.

Medium
ad tollen-
da vi-
tia, &c.

Denique extirpanda vitia, omnium-
que scelerum fontem amorem proprium
paulatim exsiccandum, ad comprimen-
dum spiritum superbiæ, avaritiæ, libidi-
nis, &c. ad crescendo in virtutibus, ad
patienter perferendas adversitates, ad li-
beraliter condonandas injurias, ad exer-
citia cultûs Divini, ad opera misericor-
diæ, &c. non est excogitabile efficacius
medium, quàm Spiritus humiliatus &
verè contritus, ex amore generatus, cu-
jus defectu multi post plurium annorum
pios labores miserabiliter tandem cecide-
re & periëre, &c.

Ob tantas ergò rationes Charissimi faci-
lè videmus, nulli rei magis invigilandum
& assuescendum, quàm exercitio perfectæ
contritionis. Dico & assuescendum, tum
quia si quis in vita & sensibus integris huic
exercitio non assueverit, ægrè id præsta-
bit in hora illa mortis doloribus & mise-
rijs plena; tum, ut supra dixi, nisi quis
crebriùs exerceat contritionis actum, vix
ad confessionem tantum afferet doloris,
quantum ad attritionem sufficit.

HISTORIÆ.

Contritio
merè na-
turalis
nulla est.

EXempla merè naturaliter poenitentium
sunt Saul, de quo supra q. 1. Item Rex
Antiochus. *Ibid.*

Exem-

E
vid.
Mag
C
cior
leru
extr
peco
pron
est,
pauc
bat
ille
cram
com
anun
emer
mih
obse
quia
nem
pecc
r. Co
Vi
Brab
Judic
prop
sic pr
santi
tame

Exempla veræ Contritionis sunt David, de quo supra. q. 1. Item Petrus. *Luc. 22.* Magdalena. *Luc. 7.* Publicanus. *Luc. 18.*

Veræ Contritionis exempla.

Canonicus quidam plurium beneficiorum possessor, multorum quoque scelerum, maximè libidinis reus, cum ad extrema devenisset, accersito Confessario peccata deslere cœpit, emendationemque promittens viaticum accepit, inunctus est, obiit, honorificèque sepultus. Post paucos dies apparens suo familiari, dicebat se esse damnatum; cùmque miraretur ille & expavesceret, pœnitentiam, sacram Communionem, & inunctionem commemorans, respondit defunctus: unum mihi defuit, vera Contritio, & emendandi propositum; dicebat enim mihi Conscientia: Quòd si convalueris, observare continentiam non poteris; & quia cor magis declinavit ad transgressionem, quàm ad voti observantiam, nullius peccati merui remissionem, *Spec. exempl. v. Contritio. ex. 6.*

Contritionis necessitas.

Vix ulli ignotus est Juvenis ille in Brabantia ob varia scelera à Parentibus Judici traditus, ut clam necaretur; qui propterea sacco inclusus, & submergèdus sic protestatus est: Nec Judici, nec accusantibus atque tradentibus me ignosco, tamen ob hoc æternaliter damnandus essem.

Contritione salvatur submergendus.

essem. Sequenti nocte defuncti umbra
 Judici adstitit dicens : Etsi ineffabiles sus-
 tineam pœnas ob horrenda scelera mea,
 in gratia tamen mortuus sum , & æternæ
 quietis sedem expecto. Mirante Judice,
 cō quòd in tanta obstinatione, odio, aliis-
 que sceleribus obiisset, respondit: Cū in
 aquam submersus palpitarem, & mortis
 me angustia inciperent commovere, Di-
 vine gratiæ lumine irradiatus plus cæpi
 dolere, quòd Divinam offendissem cle-
 mentiam, quàm quòd submersus vitæ
 dispendia sustinuissem : unde alto cla-
 more cordis hanc orationem Domino fu-
 di : O Bonitas infinita, pone Crucem &
 mortem tuam inter peccata mea & justi-
 tiam tuam, indulge mihi quæso offensam,
 quia nunc pro amore tuo omnibus, qui
 me offenderunt, libens ignosco, expande
 brachia tua mi Pater, & peccatricem ani-
 mam meam suscipe ; quòd si in posterum
 vita daretur, amplius te non offenderem,
 & inter hæc verba expirans, Divinæ Pie-
 tatis januas aliquando mihi aperiendas
 agnovi. Audiens hæc Judex, & ad tam
 ineffabilem pietatem stupetactus, paulò
 post Carthusianum Ordinem ingressus est,
 sperans & ipse peccatorum suorum con-
 sequi veniam. *Spec. Exemp. V. Contritio.*
ex 18.

Juvenis Parisiensis tantum dolorem de peccatis habuit, ut peccata in scheda conscripta omnia divinitus deleta fuerint. *Juvenis Parisiensis.*

Cæsarius l. 2. c. 10.

Clericus Judæam constuprans suâ contritione effecit, ut Judæi accusaturi hiant ore loqui non possent. *Clericus.* *Id. l. 2. c. 18.*

De necessitate & virtute Contritionis, vide speculum aut flores Exemplorum : Item Manzinum de Passione Domini in Indice. V. Contritio. Item Pexensfeld.

Punctum quartum.

De Confessione.

Punctum
4.
Confes-
sio.

SUMMA QUÆSTIONUM.

1. Quænam est præcipua Confessionis conditio?
2. An ergò nullum licet subtrahere peccatū mortale?
3. Quid si ergo ante decem annos peccatum quoddam subtraxissem?
4. An etiam venialia necessariò sunt aperienda?
5. An si dubitem, num quid sit mortale?
6. Quænam circumstantiæ sunt aperiendæ?
7. Qualiter numerū peccatorum referre oportet?
8. Qualiter ipsam confessionem perficis?

Quæstio Prima: Quænam est præcipua Confessionis conditio?

R. Ut sit integra, id est, ut quis peccata omnia Confessario aperiat, eorūque numerum Circumstantias.

Q. I.
Quænam
Confes-
sionis
conditio?

Vt sit in-
tegra.

Ratio est, quia alioquin nec Judicium Sacramentale rectè administrari, nec æquitas in decernendis pœnitentijs servari posset.

Sunt & aliæ Confessionis conditiones.

Ut sit præ-
meditata.

Ut sit præmeditata, hoc est, ut illi accuratum præmittatur examen, cujus defectu Confessiones committuntur invalidæ.

Ut sit hu-
milis.

Ut sit humilis, & cum erubescencia conjuncta; quemadmodum erubuit Publicanus. *Luc. 18. v. 13.* Prodigus *Luc. 15. v. 21.* Et Thais meretrix è S. Paphnutio conversa & cellæ inclusa, nomen Dei præ rubore nunquam est nominare ausa, sed hac oratione usa est: Qui me plasmasti, miserere mei. *In vit. PP.*

Ut sepe-
ra.

Ut sit pura & sincera; ita, ut propria tantum peccata explicentur, non aliena, nec exprimatur nomen personæ, cum qua peccatum est, vel quæ fuit occasio peccati; hoc enim pœnitenti licitum non est, nisi peccatum aliter explicare non possit; famæ proximi consulendum est: Item debet esse pura, ut impertinentia facta, aut inutiles historiæ non misceantur: Item aut homo peccata sua accusanda non excuset, igenitum enim est Filijs Adæ criminum suorum gravitatem prætextu aliquo velare.

Ut

Ut sit secreta. Absolutè loquendo non est contra Sacramenti essentiam, sive secretò, sive publicè fiat confessio, ordinariè tamen solet esse, ac debet fieri secretè.

Ut fiat coram Sacerdote præsentè, & ordinariè voce, non autem nutibus, vel scripto.

Ut sit fidelis & vera, quia si mentiaris in re ad Confessionem spectante, si v. g. falsò affirmes vel neges, re hoc peccatum mortale vel veniale commisisse, tale mendacium reddit confessionem infidelem.

Th. Sanct. Gall. q. 4. dub. 1. & seqq.

Quæstio Secunda: An ergò nullum subtere licet peccatum mortale?

R. Non licèt; alioquin Confessio foret nulla & sacrilega.

Ratio: quia nullum peccatum dimittitur homini sine alio; aliàs sequeretur illum fore amicum & inimicum Dei; amicum, cui peccata dimitterentur; inimicum, qui maneret in peccato.

Quæstio Tertia: Quid si ergò ante annos decem peccatum aliquod expudore subticuissem;

R. Confessionem illam & omnes consequentes, quoties peccati illius recordatus fui, esse invalidas, sacrilegas, adeòque resumendas.

Quòd si autem mox à prima Confessione peccati fuisset oblitus, tunc Confessio-

ut sit secreta?

ut fiat coram Sacerdote.

Fidelis, & vera.

Q. II.
An subtere licet peccatum mortale?

Q. III.
Quid si pridem peccatum subticuissem?

nes intermediæ, bonâ fide factæ amplius repetendæ non erunt, sed illa prima tantum, &c.

Quid si oblitus?

Sed quid si super illo peccato contritionem privatim elicuissem?

Dico nil de peccato remissum; putritia enim tantum fuit, nec vera contritio, ut quæ caruerit efficaci proposito satisfaciendi omnibus Christi præceptis, quorum unum est, peccata Sacerdoti confiteri, &c.

Sed quid si inculpabiliter peccati mortalis in Confessione ultima fuisset oblitus?

Dico, illud solum in Confessione proxima aperiendum omisissis alijs; quia verè ab omnibus absolutus fuit, cum obligatione tamen de hoc proximâ confessione se accusandi.

Q. IV.
An venialia aperienda?

Quæstio Quarta. An etiam venialia necessariò aperienda?

R. Non est præceptum, est tamen consultum, & signum hominis timorati, &c.

Ratio: quia peccata venialia possunt aliàs, & varijs modis deleri v. g. contritione,unctione pectoris, asperzione aquæ benedictæ, oratione Dominicâ, & quocunque affectu pio.

Q. V.
Si dubitem, num quid sit mortale?

Quæstio Quinta: At si dubitem, num quid sit mortale?

R. Ape-

R. *Aperiendum sub dubio, ne in negotio salutis aeternae exponam me periculo.*

An peccata jam semel confessa denuò confiteri licet?

An peccata semel confessa denuò confiteri licet?

Licet; si sub nova derestatione clavis subiiciantur, quia peccati injuria infinitè & infinities est derestabilis: & quia in peccatore semper manet obligatio satisfaciendi pro peccato mortali, licet jam dimisso, quia infinitam majestatem læsi peccans.

An verò absolvere licet, nil nisi peccata jam confessa afferentem?

Licet ob allatam rationem.

Quæstio Sexta: *Quenam Circumstantiæ sunt exponendæ?*

Q. VI. Quæ circumstantiæ exponendæ?

R. *Quæ malitiam peccati multum aggravant, ut si quis furetur è templò, aut si quis peccet cum consanguinea, gravius est enim furari è templo res Deo sacras, quàm res profanas, &c.*

Sed an oportet nominare complicem delicti?

Minimè; sed tantum dicendum, an fuerit persona sacra, consanguinea, &c.

Quæstio Septima: *Qualiter numerum peccatorum referre oportet?*

Q. VII. Quid de numero?

R. *Ad singula peccata dicendum, quoties perpetrata, aut si id impossibile, quoties per diem aut hebdomadam facta sint.*

Q. VIII.
Qualiter
Confes-
sionem
perficis :

Quæstio Octava : Qualiter igitur Con-
fessionem ipsam perficis ?

R. Adveniente confitendi horâ, erectis ma-
nibus Confessionale adeo, factâque Cruce devo-
tè aio : Sanctam Benedictionem rogo Reverende
Domine, ut peccata mea perfectè confiteri va-
leam ; tres antè aut quatuor hebdomadas postre-
mam Confessionem feci, hætenus peccavi. Im-
primis Dominum Deum non amavi, prout de-
bebam. Deinde temerè per Dei nomen juravi,
singulis diebus aut hebdomade bis, &c. (& ita
singula enumerare oportet peccata) De his &
omnibus alijs notis & incognitis peccatis doleo
ex toto corde, quòd Deum sumum meum bonum
offenderim, firmitèrque statuo emendationem,
& peto salutare pœnitentiam & absolutionem.
Post hæc attentè ausculto, quid moneat Con-
fessarius, ut studiosè illud executioni mandem.
Tandem acceptâ humiliter absolutione factâque
Confessario reverentiâ, ad locum meum revertor.

HÆRETICI,

Integræ
Confes-
sionis ne-
cessitatem
docet fœ-
mina.

FÆmina quædam confitens omnia sua
peccata unum in corde retinuit scelus,
quo tamen adeò gravabatur, ut ante al-
tare totam se lachrymis infusam proster-
neret, Dominum postulans, ut peccatum,
quod nulli hominum auderet aperire,
absque confessionis remedio dignaretur
remittere. Quâ in fletibus perdurante, vi-
dit Sacerdos, qui tunc aderat, Dæmonem
supra

supra foeminam hac, illac volitare, cachinnari, &c. quem etiam adjurans, quæ tanti gaudij causa? respondit, cur non rideam, videns mulierem hanc plorantem & ejulantem ad inferos descendere; putat farua, fletu peccatorum sordes non confestas diluere. Sacerdos rem visam mulieri detegit, ad confessionem integram hortatur & persuadet. *Spec. Exempl. v. Confessio. ex. 30. V.*

Anno 1590. Catharina Peruana sexdecim annorum puella sæpius quidem per annum confitebatur, sed semper scelus ex verecundia reticebat, mortua brevi, tantum exhalavit foetorem, ut corpus ejus sub dio statui debuerit; mox quoque defunctæ anima horribiles in domo strepitus excitare cæpit: ejulare canes, equi lora rumpere, calcibus parietes impetere famulos insuper è lectis exturbabat, in culina lanceas, quadræ hinc inde disjiciabantur, lateres de testis projiciebantur, tandem tota flammea palam paruit, æternum se damnatam vociferans. *Ann. Soc. anno 1590. & fusè Manzinus l. 8. dissert. 3.*

Juvenis quidam ad extrema deveniens confessus est peccata omnia excepto uno Luxuriæ, viaticum accepit, sed S. Hostiam deglutire non valens cum lachrymis Confessionem repetijt; & absque difficul-

Et Catharina Peruana.

Et juvenis quidam.

ficulate viaticum sumpsit. *Petrus Clun.*
l. 1. c. 7. de mirac.

Et Mu-
 lier, &c.

Nota est historia de muliere in Geldria,
 de cujus ore torbufones & serpentes pro-
 dierant, & è templo reprabant, quot pec-
 cata confitebatur, tandem de ore Draco
 egredi velle videbatur, sed eo regrediente
 bufones quòque omnes, qui egressi fue-
 rant, unâ cum alio horribiliori domici-
 lium repetiére, quia peccatum grave
 Mulier subtraherat. *Ægidius in scala Cæli &*
spec. Exempl. V. Contritio.

Pudorem
 dæmon
 ingerit.

Dæmon vice quâdam pœnitentibus ad
 Confessionale sese immiscuerat, rogatus
 à viro sancto id conspiciente causam, re-
 spondit: reddo, quod abstuli, nempe
 erubescerentiam, quam peccaturis abstule-
 ram. *Ibid.*

Periculū
 fœminæ.

Fœmina Germana, quæ in confessione
 peccatum reticuit, dum sacræ mensæ ac-
 cumbit, à dæmone in specie Æthiopis vi-
 à clathris avellitur, & humi prosternitur,
 nec liberata est à malo hoste, donec verè
 & integrè se expiârit. *Ann. Germ. 1612.*

Viri.

Cuidam non integrè confitenti noctu à
 dæmone fauces comprimuntur, nec libe-
 ratur, nisi exactâ factâ confessione. *Annal.*
Venet. 1607.

Belgæ.

Historiam de nobili Belgæ. *Vide sup.*
Cat. XI.

Pun-

Punctum quintum.

De satisfactione.

Seu

Persolutione Pœnitentiæ.

Punctum

5.

Satisfac-
tio.

SUMMA QUÆSTIONUM.

1. Cur in Confessione imponitur Pœnitentia?
2. An per Confessionem non remittuntur peccata simul & peccatorum pœnæ?
3. Sed quantum pœnarum deletur per ejusmodi pœnitentiam?
4. An Confessarius necessariò tenetur injungere Pœnitentiam?
5. An Pœnitens tenetur acceptare & implere?
6. Quando persolvenda est?
7. Quid agendum si quis pœnitentiæ fuerit oblitus?
8. Qualiter ergo persolvis pœnitentiam?
9. Quid tandem post Confessionem & persolutionem pœnitentiam agendum?

Quæstio Prima: Cur in Confessione imponitur pœnitentia?

R. Ut pro pœnis, quas propter peccata meremur, satisfaciamus, easque deleamus.

Ut enim notum est, in quolibet peccato duo reperiuntur, imprimis reatus culpæ seu malitia, & injuria, quam peccans committit in Deum transgrediendo temerè ejus præceptum, contemnendo illius majestatem, bonitatem, &c.

Q. 1.
Cur imponitur
Pœnitentia?

Dein-

Deinde reatus pœnæ, seu damnum & pœnæ, quas ob dictam injuriam Deus homini infligit, & quidem propter injuriam seu peccatum veniale pœnas temporales vel hîc vel in purgatorio luendas, propter peccatum lethale pœnam æternam in tartaro.

Dimissâ.
culpâ re-
stat pœ-
na.

Jam igitur licet per Contritionem, Confessionem, & Absolutionem Sacramentalem remittatur culpa seu injuria in Deum commissa, restat tamen adhuc pœna satisfactione expianda, culpa deletur contritione, pœna mortificatione; cerum enim est, sæpius remitti à Deo peccatum, seu peccati culpam, imò quoties peccator ex animo dolet, non tamen semper pœnam. Adamo dimisit Deus peccatum, sed plus nongentis annis agenda fuit pœnitentia. *Gen. 3. v. 19.* Davidi dimissa est homicidij & adulterij culpa; Dominus transtulit peccatum tuum, non tamen pœnæ; debebat enim mori parvulus illius. *2. Reg. 12. v. 18.* Et ab Absalone persecutorem pati. *2. Reg. 15. v. 16.* Dimissum quoque est peccatum murmuris populo ad instantiam Moylis, attamen propter flagitij enormitatem multæ immissæ plagæ. *Exod. 15. v. 18. &c.* Sic in Judicijs quoque politicis dimittitur culpa, non tamen pœna, &c. Hinc est, quod plures Sancti licet de

de peccatorum remissione certi essent, severissimas egere poenitentias, ut poenas eluerent, neque in purgatorio luendas reservarent. De propitiato peccato noli esse sine metu, *Ecccl. 5. v. 5.*

Sunt & aliae rationes, ob quas imponitur poenitentia, nempe in recompensationem aliquam pro injuria Deo facta; cum enim peccator inordinate creaturis delectatus fuerit in injuriam Creatoris, merito ejusdem amore paenalia, & aspera assumuntur & sentiuntur. Item cum per peccatum non tantum maculetur, sed etiam usque ad mortem vulneretur anima, ad haec vulnera curanda medicina adhibenda est poenitentia. Item cum per peccatum non solum vulnerata, sed etiam in transversum acta sit anima, per poenitentiam corrigenda est, atque a consuetis peccatis avertenda. Ebrius quis fuit, naturamque eò abduxit? jejunet: rapuit aliena? det sua: oderat? diligat, &c. Denique quia hoc Sacramentum institutum est per modum judicii; ergo ex aequitate Sacerdos Judicis partes agens, sumere debet aliquam vindictam, & satisfactionem imponere. Sed

Quaestio Secunda. Anne ergo per Confessionem non remittuntur peccata simul & peccatorum. poenae?

In recompensationem.

Et in medicinam.

Q. II.
An non remittuntur per Confessionem peccata simul & poenae?

R. Non

R. Non semper; quia enim contritio & devotio pœnitentis plerumque imperfecta est, idè dimisso peccato remanent pœnæ per impositam pœnitentiam delendæ.

Per Pœnitentiæ ergò Sacramentum, uti modò dictum, semper remittitur culpa, imò & pœna æterna, hæc tamen vertitur in temporalem, quæ cum alijs peccatorum dimissorum restantibus pœnis aut hic, aut in purgatorio luenda est; hic per impositam pœnitentiam, aut per opera pœnalia voluntariè assumpta, aut per plagas à Deo immixtas, morbos, penurias, &c. in purgatorio per ignem. Quod si verò peccator actus pœnitentiæ exerceat ferventissimos & perfectissimos, nempe Contritionem & Confessionem, non dubium, quin cum culpa pœna quòque deleatur. Sed

Quæstio Tertia: Quantum pœnarum deletur per ejusmodi pœnitentiam?

R. Ex parte, vel ex toto, juxta qualitatem & proportionem ejusdem pœnitentiæ.

Et quo colligis, plerumque non omnes pœnas remitti, per pœnitentiam inunctam, eò quòd plerumque nimis exiguæ & leves imponi soleant pœnitentiæ, nempe ad condescendendum infirmitati multorum; quare ad plenam illarum deletionem alia quòque opera sunt adhibenda

Q. III.
Quantū
pœnarū
deletur
per pœni-
tentiam?

benda v. g. crebra contritio, frequentior oratio, SS. Missæ sacrificium, peregrinationes, jejunia, cilicia, humicubationes, feriis sextis vilior habitus, eleemosyna, aliæque opera Misericordiæ erga vivos & defunctos; præcipuè sunt comparandæ indulgentiæ: denique in hunc finem quotidianæ afflictiones, labores, & quæcunque actiones sunt offerendæ.

Annon saltem longè plus satisfactionis operatur injuncta pœnitentia, quàm spontè assumpta opera?

An plus operatur pœnitentia, quàm alia opera?

Dico, longè plus, quia est pars Sacramenti, habetque vim ex institutione & meritis Christi; ut tamen satisfactio hunc effectum consequatur, necesse est, ut instatu gratiæ persolvatur; ratio, quia remissio pœnæ ex opere operato fit per applicationem meritorum Christi, atqui hæc applicatio non conceditur inimicis Christi.

Th. Sanct. Gall. dub. 3.

Quæstio Quarto: An Confessarius teneatur necessariò imponere Pœnitentiam aliquam seu satisfactionem?

Q. IV. An Confessarius teneatur imponere pœnitentiam?

R. Tenetur.

Nempe ordinariè, & quidem sub peccato gravi. Ratio est, quia Confessarius tanquam Judex debet attendere, ut debita inter Deum & pœnitentiam justitia servetur: insuper debet curare, ut ægri

vulnera sanentur. Dantur tamen casus, quibus nulla injungitur satisfactio. v. g. Si pœnitens sit morti vicinus, & pœnitentiam implere non possit: Item si Confessarius intelligeret pœnitentem ulteriori satisfactione opus non habere. *Th. Sanct. Gall. q. 6. dub. 2.*

Q. V.
An pœnitens tenetur acceptare?

Quæstio Quinta: An pœnitens tenetur acceptare & implere?

R. Omnino, si velit consequi absolutionem.

Ratio est, tum quia pœnitentia est pars Sacramenti, tum quia juxta Trid. Sess. 14. c. 8. Sacerdos debet pœnitentem ligare; quomodo autem ligabit, si illi liberum sit acceptare vel non accipere pœnitentiam?

Quale peccatum omittit pœnitentiam?

Quale ergo peccatum omittit pœnitentiam?

Si hæc fuerit notabilis, & ob peccatum mortale injuncta, erit peccatum mortale; aliàs omittit tantum partem exiguam, erit veniale, quia excusat parvitas materia. Similiter juxta Laym. lib. 5. tr. 6. c. 15. n. 7. omittit pœnitentiam pro solis venialibus impositam.

At si pœnitentia nimis rigida?

At si pœnitentia nimis videatur rigida? Rogandus Confessarius, ut mitiget, quod si nolit, oportet acquiescere. Oportet meminisse, Sacerdotibus injunctum esse, non solvere tantum, sed etiam ligare, id est, severiores injungere pœnitentias.

Pœna

Pœna levis est quasi nulla, sicut medicina & medicus nimium leves sunt frustranei.

Cæterum verè contritus vix ullam respuet pœnitentiam, contentus, quòd gratiam Dei recuperarit; non enim illi maior accidit pœna, quàm diutius in Dei vivere offensa: nèque is quamcùnque satisfactionem respuet, qui perpenderit, quàm horribilibus pœnis minima etiam peccata sive hîc castigare soleat Deus, sive in atrocissimis purgatorij cruciatibus. Taceo pœnas flammæ infernalis inextinguibilis. Satiùs ergò Sacerdotis subire censuram, quàm vindicem Dei experiri manum. Qui timer pruina, cader super eum nix. Job. 6. v. 16. Quin hanc ipsam ob causam assumenda præterea sunt alia quòque opera satisfactoria v. g. contritio crebra, de quibus modò dictum, exemplo nobilis & delicati juvenis, de quo *inf. in histor.*

Sed qualem oportet esse pœnitentiam, Qualem
quæ injungitur? oportet
esse pœ-
nitentiã?

Dico 1. proportionatam: Facite fructus dignos pœnitentiæ. Luc. 3. v. 8. Olim pro uno sæpè peccato manifesto graves imponebantur satisfactiones juxta Canones pœnitentiales, trium, quinque aut septem annorum jejunia, singulis feriis sextis cilicia, orationes, &c. ut non solum

1. Pro-
portiona-
tam.

confuleretur pœnitenti, verùm etiam ædificatori Ecclesiæ, ad reparandum peccatis scandalum. Unde Tertullianus ait, pœnitentes in primitiva Ecclesia oportuisse stare extra Ecclesiam, in veste lugubri per multos menses, nec ausos interesse convivij, nec equo incedere, &c. vide *March. prop. 2.* Verùm Sacerdos hos canones non teneretur ampliùs sequi, sed spectarâ spirituali pœnitentis necessitate (quæ maximè in hoc Sacramento intendi debet) accommodatam potest injungere pœnitentiam. *Th. Sanct. Gall. q. 6. dub. 1.* Malunt plerùmque Confessarij juxta doctrinam Guilielmi Parisiensis pœnitentes cum levi pœnitentia, sed adimplenda in purgatorium, quàm cum gravi, sed omitrenda in tartarum transmittere. Valdè tamen hîc favorabilis est Contritio fervens, vi cujus grandibus peccatis levio-rem quandòque pœnitentiam injungere licet, uti paret in quodam Patre violante propriam filiam, qui scelus confessus unicuique Pater & Ave recitare jussus præ contritione exspiravit. *March. cit. prop. 3.* Est igitur ars leviores accipiendi pœnitentias, contritione quàm vehementissimâ confiteri.

2. Medicinalem.

2. Medicinalem, quæ & peccatorum curret vulnera & radices tollat, occasionesque

nésque omnes præscindar; in summa, peccatori talis injungenda pœnitentia, quæ priori sit vitæ contraria.

3. Cùm obligatione certæ restitutionis pro injurijs, furtis, aliisque damnificationibus; non enim dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. *S. Aug. ep. 54.* Cum obligatione certæ restitutionis. Quam etiam restitutionem etsi Confessorius per oblivionem non injunxisset, ad illam tamen pœnitens teneretur, &c.

Quæstio Sexta: Quando persolvenda est pœnitentia?

R. Immediatè à Confessione, aut certè proximâ occasione.

Juxta videlicet Confessarij designationem & pœnitentiæ conditionem; sæpius enim imponuntur jejunia peregrinationes, preces certæ per hebdomadam &c.

An pœnitens necessariò per seipsum debet implere pœnitentiam?

Omninò, nisi opus injunctum tale sit, quod per alium tanquam per instrumentum exerceri possit, ut est dare eleemosynam. Ratio est, quia solus ille sacramentaliter satisfacere potest, quem virtus clavium ligat, at ligat solum pœnitentem, ergo. Unde si morbo impeditus peregrinationem, aut preces injunctas persolvere non possit, non teneris alium substituere, sed licebit differre usque ad

Q. VI.
Quando persolvenda est pœnitentia?

An pœnitens per seipsum debet implere pœnitentiâ?

usque ad sanitatis restitutionem : & nisi
mens Confessarij fuerit , certo diei pœni-
tentiam alligare , tunc enim inpeditus ad
nil postea teneberis.

Q. VII.
Quid , si
quis pœ-
nitentiæ
fuerit
oblitus ?

Quæstio Septima : *Ecquid verò agendum ,
si quispiam pœnitentiæ fuerit oblitus ?*

R. Oportet redire ad Confessarium ; aut
si occasio desit , proximâ confessione culpam suæ
negligentiæ confiteri : aut alteri Confessario
denuo confitendum.

Igitur per se non tenetur ad opus ali-
quod æquivalens ; suadetur tamen , ut ta-
le quid agat , quale probabiliter judicaverit
sibi injunctum.

Num
Confessio
est vali-
da , si pœ-
nitentia
non im-
pleatur ?

Sed num Confessio est valida , si pœni-
tens sive ex oblivione , sive deliberatè omi-
serit pœnitentiam ?

Est valida , quia hoc Sacramentum for-
titur effectum statim post absolutionem ,
antequam persolvi possit satisfactio. Un-
de censetur pars tantum integralis , non
essentialis , cujus defectus Sacramentum
reddat invalidum ; velur , si deficiat con-
tritio , aut integra confessio. Adeoque
omittens pœnitentiam non debet repe-
re confessionem , sed dicere , pœnitentiam
ultimæ confessionis à se non impletam
esse.

Quæ ob-
servanda
circa mu-
tationem
pœnitent-
iæ ?

Quænam sunt observanda circa com-
mutationem pœnitentiæ ?

I. Si

1. Si post impositam satisfactionem poenitens fiat utcumque impotens, tunc non tenetur postulare mutationem poenitentiae, sed potest prudenter judicare, nullam restare obligationem.

1. Impotentia implendi.

2. Si poenitentia non quidem sit impossibilis, sed tamen difficilis, cupiatque poenitens illâ liberari, oportet adire confessarium, qui si habeat potestatem concedendi indulgentias plenarias, poterit per has remittere poenitentiam: si verò non habeat, poterit illam commutare, modò hæc tres contritiones observentur. Primò ut peccata, propter quæ talis poenitentia fuit injuncta, non sint reservata: secundò, ut hanc commutationem non faciat extra confessionem: tertio ut poenitens eadem peccata, propter quæ poenitentia prius injuncta fuerat, denuò confiteatur. *Theol. Sanct. Gall. cit.*

2. Difficultas.

Quæstio Octava: Qualiter ergo poenitentiam persolvit?

Q. VIII. Qualiter poenitentiam persolvit?

R. 1. Post Confessionem humiliter demissis oculis à Confessionali recedo. 2. Ob dimissa peccata Deo gratias ago. 3. Novum concipio propositum amplius non peccandi, cunctas peccatorum occasiones devitandi. 4. Denique persolvo poenitentiam, & vitam in melius emendo.

Forma
gratias
agendi.

Forma gratias agendi, &c.

O Domine mi Crucifixe Jesu Christe filialissimas tibi ago gratias, quòd tot tantàque delicta tam paternè mihi indulseris, pro quibus eorùmque pœnis offero tibi vitam & mortem tuam, merita amantissimæ Matris tuæ, S. Josephi, & omnium Sanctorum, mea quoque universa dicta & opera, corpus & animam meam, firmissimè propono posthac fugere peccata omnia, præcipuè inveteratam jurandi consuetudinem, absconè loquendi, &c. O Deus meus da gratiam, &c.

Meritò gratiæ Deo agendæ, quòd te vocare dignatus sit ad pœnitentiam, ad quam innumeri alij vocati per sp̄cialem gratiam non sunt. Multi leprosi erant in Israël sub Elisæo, nemo tamen muncatus est, nisi Naaman Syrus: Multæ viduæ erant in diebus Eliæ, quando clausum est Cœlum tribus annis, & mensibus sex, & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepte Sidoniorum ad mulierem viduam. *Luc. 4. v. 17.*

In proposito præcipuè observandum, ut fiat de certo vitio, ad quod quis magis propender, & occasione, in qua quis magis succumbit.

Pœnitentia quàm celerrimè persolvenda, maximè reconciliatio cum inimico, &

& in iustè ablatorum restitutio. Denique de emendatione vitæ sit.

Quæstio Nona: *Sed quid tandem post Confessionem, & persolutam penitentiam agendum?* Q. IX. Quid post persolutam penitentiam agendū ?

R. Emendanda vita, & abstinendum posthac à vitis eorūque occasionibus.

Qui enim malitiosè relabitur, & post Confessionem denuò peccat. 1. Ingentem Relapsus, committit ingritudinem; ait enim S. est 1. in- Chrys. hom. 2. ad Ephes. Nihil indignius, gens in- quam agere, quorum proximè poenituit, gratitu- recipere Christum gloriosè, & sequenti do. die in Crucem agere. Annon magna hæc odij & pudendi contemptus manifesta sunt signa? 2. Consequenter ex- 2. Pericu- ponit se periculo, ne finaliter à Deo dese- losus, &c. ratur; in eadem enim & plura relabens peccata, propter ingritudinem privatur à Deo gratiâ speciali, quâ subtractâ fomes peccati plus operatur, unde perpetuus in peccata fit relapsus, obduratio, desperatio, &c. Unde Heb. 10. v. 16. Voluntariè peccantibus non relinquitur pro peccatis hostia. 3. A similitudine rerum corporea- 3. Exem- rum, recidiva morbi v. g. febris plus no- plo rerum cer quàm prima febris, iterata confractio corpora- eruris, &c. Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ. 1. Pet. 2. v. 20. Item in Politicis, sicut fur, qui propter furta suspendendus, sed exoratus, si denuò fure- tur.

tur, misericordiâ censetur indignus, ita qui post acceptam in Confessione remissionem peccatorum, &c. 4. Tales à scriptura assimilantur cani, qui rursus devorant, quod stomachus egresserat: Item sui, qui postquam lotus fuit, mox revertitur ad volutabrum.

HISTORIA.

Insignem
pœnitentiam
subijt Bo-
leslaus.

Boleslaus Rex Poloniæ, fratricida tantum de commisso scelere pœnituit, ut à Confessione plurima sibi sponte injungeret pœnitentiæ opera, per totam quadragesimam communi mensâ abstinuit pane & aquâ contentus, aliquot quotidie horis lachrymans orabat, pauperibus largitissimas erogabat stipes, Monasteria & Ecclesias dotabat, denique peregrini habitu plerâque Galliæ & Hungariæ Ecclesias visitabat, earumque Patronos, ut pro se intercederent, exorabat. *Cro-merus l. 5. hist.*

Otto Im-
perat.
Henricus
Rex.

Pœnitentiam Ottonis III. & Henrici II. Angliæ Regis: item Pœnitentias Eremitarum ex Climaco, vide apud March. *prop. 2.*

Philip-
pus, &c.

Philippus Comes Namurcensis iussit se laqueo collo innexum per plateas duci dicens: Sicut canis vixi, dignum est, ut sicut canis moriar. *Cæsar. l. 2. c. 17.*

Juve-

Juvenis quidam nobilis & delicatus asperitimum vitæ genus arripuerat, cùm-
que ab amicis propterea reprehenderetur, ei-
que infirmior ætas, teneritudo corporu-
sculi, & metus morborum obijceretur, respondit, omninò rem ita se habere, verum cùm perpenderet tam tenerum suum corpusculum omninò non posse tam immania purgatorij seu inferni ferre supplicia, ideò se elegisse hæc minora, ut majora, & graviora effugeret.

Juvenis Religio-
sua.

De Ministro Pœnitentiæ, & de Sigilio.

SUMMA QUÆSTIONUM.

1. Quis est Minister Sacramenti Pœnitentiæ, seu quis peccata dimittere potest?
2. Quò fieri potest, ut Sacerdos, cùm sit homo, alij homini peccata dimittat?
3. An omnis Sacerdos, & ubique absolvere potest à peccatis?
4. Ad quid præcipuè obligatur Confessarius?
5. Quinam præterea tenentur obligatione Sigilli?

Quæstio Prima: Quis est Minister hujus Sacramenti? seu quis potest dimittere peccata.

R. Solus ritè ordinatus Sacerdos, qui imper-
sona nomine, & virtute Christi dimittit peccata, ita Florent. decret. unionis, ita Trid. Sess. 13. c.

3. & continuata omnium sæculorum tra-
ditio.

Q. I.
Quis est
Minister
Pœnitentiæ?
S. Solus ritè
ordinatus
Sacerdos.

ditio. Solis enim Sacerdotibus Apostolis, eorūque successoribus dictum est: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. *Joan. 20. v. 23.* Et tibi dabo claves regni Cœlorum. *Matth. 16. v. 19.* Hi soli iussi sunt solvere Lazarum à mortuilibus institis. *Joan. 11. v. 44.* Solvere pullum & asinam. *Matth. 21. v. 2.* Solis Sacerdotibus iussi sunt se sistere leprosi. *Luc. 17. v. 14.* Quibus juxta communem Patrum mentem declarare voluit Christus potestatem Sacerdotalem. Sicut ergo Christus fecit Apostolos Sacramentorum ministros, qui ea toti mundo annuntiarent, & ministrarent, aliisque ea conficiendi potestatem darent, sic & in Pœnitentiæ Sacramento dedit eisdem, eorūque successoribus potestatem remittendi peccata, &c. Sed

Q. II.
Quomodo potest
Sacerdos
alteri peccata
dimittere?

Quæstio Secunda: *Qui fieri potest, ut Sacerdos, cum sit homo, alij homini peccata dimittat?*

R. *Quia non in persona, & auctoritate propria, sed in persona & auctoritate Christi id perficit.*

Tota actio, opus & virtus Christi est, ita ut cum audimus à Sacerdote proferri: absolvo te, ipsum Christum nobis loqui cogitemus, dicerēque: absolvo te Filium mi, remittuntur tibi omnia peccata tua, unde amplius noli peccata; sic Minister quicūque Principis potest absolvere reum

rerum non in sua, sed in Principis auctoritate & persona. Frustrâ ergo clamant Hæretici blasphemiam esse, velle hominem homini peccata dimittere, id enim verum est de auctoritate propria, non Christi; alioquin omnium Sacramentorum virtus & operatio tolleretur, quâ enim homo peccator infantem baptizando potest regenerare in vitam æternam, facere Filium Dei? &c. nempe totum, quod fit, ex auctoritate virtute, & promissione Christi fit.

Quæstio Tertia: *An omnis Sacerdos & Q. III.*
ubique absolvere potest à peccatis? An omnis Sacerdos & ubique

R. In casu extremæ necessitatis omnis & absolvere potest
ubique; extrâ hunc absolvere tantum potest Sacerdos, qui specialem Jurisdictionem accepit, & in eo tantum loco, ad quem accepit. potest?

Trid. sess. 23. c. 15.

Non ergò sufficit potestas in ordinatione accepta, sed opus insuper Jurisdictione, quæ nihil aliud est, quàm potestas spiritualis solvendi & ligandi in foro conscientiae? Ratio est, quia hoc Sacramentum agitur per modum judicii, non potest autem validè exercere judicium, qui caret jurisdictione: opus insuper jurisdictione ad locum determinatum; Ecclesia enim pro decore & utilitate fidelium cavit, ne Episcopus ageret ea, quæ sunt alterius Episcopatus, Parochus, quæ sunt alterius Parochiae.

rochiæ absque illorum consensu & extra necessitatem. Habet autem Jurisdictionem ordinariam Papa in universam Ecclesiam, episcopus in suam diæcesin, Parochus in suam Paræciam : delegatam vero, quibus ipsi eam committunt.

An cuivis
Sacerdoti
licet con-
fiteri ?

An ergo cuivis Sacerdoti confiteri licet ?

Non licet, sed ut validè confitearis, oportet confiteri proprio, nisi vel ab eo, vel à consuetudine, uti habent peregrinantes, potestatem acceperis eligendi alium Confessarium.

An Sacerdos Apostata retinet potestatem absolvendi ?

Omninò, æquè ac consecrandi. Vide *inf. in hist.*

Q. IV.

Ad quid
præcipuè
obligatur
Confessa-
rius ?

Ad Sigil-
lum.

Quæstio Quarta : Ad quid præcipuè obligatur Confessarius ?

R. Ad sigillum, seu ad secretissimum silentium eorum, quæ in confessione audivit ?

Est hæc obligatio adeò stricta, ut nullo casu liceat sæceterum Confessionis revelare, debetque potius Confessarius omnes subire cruciatus, quàm minimum de Confessione aperire, nisi de consensu expresso pœnitentis, qui consensus debet esse liber & spontaneus, non obtentus metu, vel auctoritate, vel errore pœnitentis, nec revocatus, adeò ut ne quidè cum ipso pœni-

pœnitente loqui possit Confessarius sine expressa licentia pœnitentis; quia postquam judicium hujus fori semel est finitum, dimisso pœnitente censetur obieratum hoc sigillum. Nbligatio autem hæc non oritur ex jure mero Ecclesiastico, sed fundatur in jure Divino, quo Christus Dominus volens condescendere infirmitati fidelium, jussit arētissimo sigillo obstringari, quæcūq; pœnitens subijcit clavis Ecclesiæ per Confessionem. Unde revelare aliquid ex Confessione est gravissimum sacrilegium. Gerson *tr.* 34. ait: Talis committit peccatum enormissimum & pessimum, majusq; quàm apostatare à religione professa, nec potest illi dari poena sufficiens. Nullum ergo peccatum nec in specie, nec in genere licet revelare, nec quidquam eorum, quæ dicuntur à pœnitente ad declarandum suum peccatum, etiamsi imprudenter ex ignorantia & simplicitate adijciantur. Nec peccata complicitis, quæ pœnitens explicat in Confessione ad suum peccatum magis declarandum, imò quidquid in Confessione dictum vel factum est, etiam impertinens vel parvi, vel nullius momenti. *S. Thomas. in 4. dist. 2. q. 3. art. 10.* Ratio horum est, ne confessio ullo modo reddatur odiosa.

Revelare
est sacri-
legiū &c.

Sed

An Confessarius
nullo
modo
potest uti
notitiâ
Confessionis?

Nec ad
evitandû
mortis
periculum.

Sed an Confessarius nullo omninò modo potest uti notitiâ in Confessione acquisitâ?

Nullo modo, quotiescunque nlla suspicio moveri potest in pœnitente seu in alio, cum uti scientiâ Confessionis, vel si periculum sit moveri posse suspensionem. Hinc qui ex sola confessione sacramentali novit pœnitentem ad officium indignum, non potest ei denegare votum, quod aliàs ei dedisset, atque ita decrevit Clem. VIII. anno 1504. Ne superiores eâ notitiâ, quàm de aliorum peccatis in confessione habuerint, ad exteriorum gubernationem utantur. Ex quo sequitur, ne quidem ad evitandum imminens malum quodcunque sive privatum sive publicum licere uti scientiâ Confessionis cum morali periculo directæ vel indirectæ revelationis sigilli; hinc Confessarius, qui ex confessione cognovit suum domesticum aut famulum esse furem, non potest eum ex ista notitia dimittere: aut si quis Confessario confiteatur, se & alios ex cista, in qua clavis relicta esset, solitum fuisse furari, eosque denuò redituros, non licet Confessario auferre clavem, si periculum sit ex hoc adverti posse, eum Confessionis notitiâ uti: Similiter qui ex confessione novit sibi aut alijs parari insidias, non potest

potest tale quid agere v. g. fugere, &c. Unde ingeratur alijs, qui sunt socij ejusdem criminis, suspicio, quòd illud crimen sit detectum à socio in Confessione, præsertim si pœnitenti ipsi immineret aliquod periculum. *Th. Sanct. Gall. q. 5. dub. 4.*

Ratio, ut dixi, horum omnium est; ne confessio reddatur odiosa, & quia non est instituta ad directionem regiminis vel politici vel Ecclesiastici, sed præcisè ad remissionem peccatorum.

In his tamen & similibus casibus dispi-ciendum erit, an is qui specie Confessionis ista explicat, sincerè animo confitendi declarat Confessario tanquàm judici, aut Medico spirituali; nam si aliâ intentione dicatur, non habet locum hoc sigillum; in gravibus periculis Confessarius prudenter inducat pœnitentem, ut rem declararet extra Confessionem, aut licentiam det illâ notitiâ utendi, quantum opus est ad viranda tam gravia pericula.

Quòd si ergo Confessarius interrogetur de peccato sui pœnitentis? se nihil scire respondere debet, interposito etiam juramento.

Sed si quis detegat Confessario crimen extra Confessionem, sub expresso tamen pacto servandi secretum tanquàm sub

Quid si Confessarius interrogetur? Si quis detegat crimen extra confessionem sub sigillo tamen Confessionis!

figillo Confessionis, & alius eo modo acceptet?

Dico ex tali pacto oriri quidem gravissimam obligationem, non tamen propriè sigilli, quæ est ex lege Divina in reverentiam Sacramenti, quæque multò est strictior.

Q. V.
Quinam præterea tenentur obligatione sigilli?

Quæstio Quinta: Quinam præterea tenentur obligatione sigilli?

Omnes, qui audierunt quidquid de Confessione.

R. Omnes, qui audierunt quidquam de Confessione pœnitentis.

Ut sunt 1. Interpres, internuntius, propè allistens ex necessitate, aut ex insidijs aulcultans. 2. Is, cui Confessarius inique alterius peccatum revelavit. 3. Etiam probabiliter is saltem quoad praxim, cui Confessarius ex licentia pœnitentis peccatum ejusdem aperuit, præsertim quando pœnitens Confessario peccatum suum intra tantum Confessionem aperuit. *Th. Sanct. Gall. cit.* Unde regula generalis est, omnis notitia ex Confessione sive mediatè, sive immediatè habita transit sub eodem onere ad quemcunque, & manet sub sigillo.

Quid si quis inveniat chartam in qua scripta sunt peccata?

Sed si quis inveniat chartam, in qua scripta sunt peccata, quæ alius confessus est aut confessurus est?

Asserunt quidam & hunc teneri sigillo, eò quòd charta continens peccata, sit quædam inchoata Confessio: alij negant,

eo quòd sit potiùs præparatio ad Confessionem sacramentalem; utrique tamen monent, legentem arctissimo saltem silentio & secreto naturali obligari, & si ex titulo aut aliunde cognoscant in ea charta contineri confessionem alterius, teneri sub gravi peccato abstinere ab ejus lectione.

Sed num etiam Pœnitens tenetur hoc sigillo?

Num etiam Pœnitens tenetur hoc sigillo?

Non teneri, teneri verò celare dicta Sacerdotis ex jure naturali, quando eorum revelatio posset Sacerdoti nocere, ut si in derisum illius revelaret pœnitentiam injunctam.

Quare nemo vel levissimè suspicetur, peccata sua agente Confessario incognitionem hominum deventura. Maximè cum ex Divina providentia fieri constet, Sacerdotem vel statim peccatorum oblivisci, aut ea non considerare ut ignominiosa peccatori.

Porro sunt & aliæ obligationes Ministri Pœnitentiæ, videlicet, Intentio, Probitas, Jurisdictio, Prudentia in judicando, in imponendo pœnitentiam, ne incensurate ad libitum quemlibet absolvar, non attento, quem Christus velit, aut nolit absolvi, de quibus videndi sunt Theologi.

Obligationes aliæ Ministri.

HISTORIA.

Pœnitentia Minister non est Lutheranus.

Sacerdos quidam confitebatur servo in stabulo, &c. Vide *hif. sup. Cat. XI.*

Paucis ab hinc annis, dum hæc scribo, Herbipoli duo Lutherani in servitijs victoris cujusdam in majori Hebdomada ad pagum hæreticum regressi fuerant, Prædicanti pro more confessuri, pulsatis ergo foribus uxor, quid vellent, rogat? Domino Prædicanti, inquiunt, confiteri. Respondit illa, paulò antè ad alium pagum hoc ipsum peracturus discessit, mihi in mandatis dans, si quis intereà hujus rei gratià adventaret, ego ejusdem exciperem confessionem. Quid? vociferantur illi, nos mulieri? nos tibi confiteri? & fremebundi urbem reperentes in via obvium habent Sacerdotem, ad ægium cum SS. viatico pergentem, cui rem gestam narrant, & melioribus instructi, Catholicæ accedunt Ecclesiæ. *Ex relat. Germ.*

Non ita pridem Religiosus quidam cum Moniali à fide & religione ad hæreticos defecerant, Matrimonium contraxerant. Post aliquot annos ad extremum deducta, & à Dei misericordia respecta: Veni, inquit, marite, scio te Sacerdotem & absolvendi potestate præditum, nec eam à te auferri potuisse. Ades, confitebor iniquita.

quitates meas, absolve me. Illo tergiver-
sante: Absolve me, inquit, aut te ad Dei
judicium provoco. Metuens ergò vindi-
ctam assedit, confessionem excepit, absol-
vit, illaque paulo post piè, ut credibile
est, obiit. Ita testatus est hujus Apostata olim
Professor SS. Can. Salisburgi.

Abstulerat Miles Duci suo equum; quod
scelus paulò post Sacerdoti seu Parocho
militari confessus fuerat; dum autem
atrociter in scelus inquiritur, resque ad
Confessarium defertur: Benè est, inquit,
jam novi furem, Miles ille reus est. In
quæstionem ergò vocatus Miles rem mox
fateretur, protestans nemini nisi Deo &
Confessario innotescere potuisse. Accersit
Sacerdos & rogatus, undenam militis
furtum nôster? mihi, inquit, confessus est,
quare iratus Belli Dux cognitâ rei malitiâ
Sacerdotem suspendi, militem liberum
abire præcepit. *Ex relat. Germ.*

Rarus sanè casus revelati sigilli, nam
nec Apostatæ Sacerdotes, quidquam de
confessionibus auditis revelare solent,
impediente videlicet id Dei
Providentiâ.



Sigillum
non reve-
landum.